CAP. II.

Ut caveant Magistratus, ne quæ seditiones excitentur, & quieti publicæ omnium ordinum invigilent.

DEinde conveniens est te providere, ut nulli populi civitatum alterutris seditiones [1] faciant, sed omnem pacem esse Dei civitatibus, dum æquitas etiam hinc nostris subjectis servatur, & neque lucri neque passionis alicujus causa, ad aliquam partium declinatur.

CAP. III.

Ut breviores & viliores causæ sint [2] scripto decidantur: & sportularum modus servetur.

SIt [3] tibi quoque *tertium* studium, *lites eum omni* [4] *æquitate audire*, & omnes quidem breviores, & quæcunque maxime [5] vilium [6] sunt, ex non [7] scripto decidere, & judicare, & liberare omnes alterna [8] contentione, & non permittere in aliquo ultra quam continetur sacra nostra constitutione, occasione causalium expensarum damnificari, si tamen sufficientes in datione constant: alioqui etiam gratis lites audire, & non permittere ex negligentia de provincia alicujus præsidis quemquam ad hanc currere felicissimam civitatem, & nobis molestum esse. Scito namque, quia si quis veniat, & additionem nobis faciat, & a nobis interrogatus si prius te adiit, deinde te dicat adisse, & quod justum est, non impetrasse, & hoc verum inveniamus, in te indignationem convertemus. † Si vero cum [9] te non adierit, venire ad hanc regiam præsumpserit civitatem, & remittemus eum cum omni correctione, & respondum non dabimus.

CAP. IV.

Ne præsides permittant Executores aut Magisterianos aliquid formarum & portuum causa exigere.

DEinde competens est te etiam hinc venientes sive ex Magisteriano [20], sive ex quolibet foro, non permittere lædere, nec superexigere subjectos nostros. Sed si quis adierit tale aliquid questus: hoc & exequi, & indemnitatem ei procurare, & neque permittere alicui proferenti præcepta cujuscunque fori, hæc videlicet quæ solenniter dirigunt, *formarum* [11] *etiam aquæ causa, & portuum, & itinerum sternendorum, & imaginum, & murorum, & domuum destructionis* [12] *tanquam in publico fadarum, & aliarum talium* damnificare nostros subjectos. Non enim volumus, nec per talem causam ullum eis inferri damnum. Ipse vero omnium horum providebis sine damno omni gestum. † Si quis autem cui tale aliquid jussum est, veniat: omnino non respicias eum, nisi sacram nostram pragmaticam ostendat formam pro hoc scriptam: tunc tu suscipiens quidem talem formam, non autem aliquid agens ex ea, antequam ad nos nuntians secundum præceptionem nostram suscipias. §. 1. Sed etiam pro ubertate necessariorum, & operum [13] civitatum diligentiam habebis: procurans ex civilibus pecuniis patres [14] quæ valde necessariæ sunt operum facere, & pontium, similiter & viarum, & portuum, & in quibus omnino sunt locis provinciæ cui præsides: portuumque, & murorum curam habebis: & quidquid omnino est publico, & civitatibus utile, & cogitabis, & facies, & nunciabis. §. 2. Habebis autem obedientes tibi, & qui in provincia sunt milites, in quibus eorum opus habueris ad ministerium justum. Quod si delinquentes inveneris: sub omni castigatione decenti insuper ex [15] emolumentis eorum satisfieri læsis procurabis.

CAP. V.

De criminibus.

NOn permittas privilegiis [16] aliquibus uti nocentes [17]: sed illud solum eis in auxilium obferrabis, ut undique puti horum quæ eis inferuntur, & innoxii videantur. Homicidia [18] autem, & adulteria, virginumque direptiones, & invationes, & oppressiones, ita cum vehementia corrige, puniens delinquentes secundum nostras leges, ut paulatim fupplicium alios omnes faciat falvos. §. 1. Præcipue vero Officiales [19] tuos retinebis, non permittens eis fubjectos nostros depræda [20]: neque ut illi officiales videantur quidem fubjecti tibi, pro veritate autem tuæ præsint voluntati. §. 2. Peftinabis etiam *Consiliariam* [21], & quicunque fuerit circa te, assumere virum optimum, & purum undique, & contentum iis quæ a fisco dantur, & si quid præter spem accesserit, & non inveneris eum custodientem tibi fidem justam: illum quidem expelles: alio vero uteris Consiliario, legem & justitiam cum puris servante manibus. §. 3. Talem vero præbebis temetipsum omnibus & publice, & privatim, ut [22] terribilis quidem fis delinquentibus, & indevotis circa fiscalia [23]: mansuetissimus autem & mitis omnibus placidis & devotis, & paternam eis exhibens providentiam.

CAP. VI.

De fide publica aut fecuritate non passim danda.

SEd neque hæc quæ dicuntur *Verba* [24], id est jusjurandum, prompte dare festines, in amplius tempus: sed & cum examinatione in tempore mediocri [25] & non transcendente *triginta dierum indutias*, ne ex hoc infinitæ sint hominibus ad invicem contentiones. Si vero etiam aliquem sub nuncupato *Verbo* feceris: deinde aliquis adierit [26] adversus eum: deduces quidem eum, custodiens datum ei *Verbum*: & examinabis negotium, *Verbo* ubique servato; & si etiam contra eum sententia necessaria sit, condemnabis eum & duorum propones electionem, utrum velit dato *Verbo* abfolute abrenuntiare, & agere quæ judicata sunt, an non. Certe [27] si hoc non: sacris eum terminis restituens & ibi executionem inferes temperate, & cum debita venerabilibus locis reverentia.

CAP. VII.

Ut termini [28] sanctorum homicidis &c. non prosint.

NEque autem homicidis, neque adulteris, neque virginum [29] raptoribus delinquentibus terminorum custodies *cautelam* [30], sed etiam inde [31] extrahes, & fupplicium eis inferes. Non enim talia delinquentibus parcere competit, sed hoc patientibus: ut non talia a præsumptoribus patiantur. Deinde templorum cautela non [32] nocentibus, sed læsis, datur a lege: & non erit posibile utrumque tueri cautela sacrorum locorum, & lædentem, & læsum. §. 1. Publicorum vero tributorum exactiones etiam [33] intra templa decenter fieri procurabis: quoniam *fiscalium ratio & militibus, & privatis ipsique templis, & cunctæ reipublicæ utilis & necessaria est.* Auxiliabuntur autem tibi ad hoc etiam Deo amabiles ecclesiarum Defensores, & Oeconomi: nullum horum, qui fiscalia tributa exigunt, abripientes exactioni, sed neque permittentes violentum aut feditiosum aliquid pati exactionem inferentes: scientes quia si quid tale gesserint, de suo [34] satisfacere fisco cogentur.

CAP. VIII.

Ut cogant exactores tributorum in apochis suis exprimere quantitatem zygocephalorum.

COges autem publicos *Exactores* in suis *de susceptis* [35] manifesta facere omnia in quibus ea dederunt, nempe quantitatem *zygocephalorum* [36], aut *jugorum*, aut jugalium, aut quolibet modo per regiones nuncupantur: & pro quibus hæc & quælibet præditis exiguntur: & datorum quantitatem, sive in speciebus, sive in auro. Et interminaberis eis, & magnum damnum, & *maxius* [37] *amputationem*, si hoc quod præcipitur quidem semper, usque nunc autem non custoditum est, non deinceps omnibus servent modis. † Si vero (ut afflolet) declinationem inveniant aliquam, dicentes non posse jugorum poni quantitatem: maxime quidem eos malignari putamus: sed tamen nihil hinc lædatur fiscus nec collatores: fiscus etenim sine præjudicio omnia sua percipiat, & solenniter celebrata suscepta percipiant ii qui hæc exolverint, nihil exigendi amplius. Causa vero in nullo lædatur, & secundum consuetudinem quidem tributa solvantur ab eis, & inferantur fisco. † Nuntietur autem ad gloriosissimos nostros præfectos de iftis primitus cogendis censualibus nuncupatas *expositiones* [38] fubtiliter dare, ut ex hoc fiat causæ dijudicatio: & sic interim secundum consuetudinem quidem datis fiscalibus inculpabiliter inferendis, quicquid in iis quæ dubitantur, gloriosissimi nostri præfecti judicaverint, in iis quæ controversa sunt, hæc valere: necessitatem habentibus exactoribus, post cognitam veritatem super his quæstionibus, & in illis de cætero quantitatem zygocephalorum, & aliorum omnium describere, secundum quod a nobis jam ordinatum est. §. 1. Non [39] permittas autem curialibus, aut *Centualibus* [40], dum vendita sunt prædia eorum, aut in alias personas mutatur possessio, tergiversationibus uti quibusdam, & non transferri a venditoribus ad emptores prædia: sed coges eos omnino facere mutationes sine damno. Si vero dixerint minus idoneos esse emptores, & propterea non fieri migrationem: hoc ipsum examinabis sine quolibet damno: & si quidem idonei fuerint emptores coges fiscalium præsules omnibus modis & sine quolibet damno celebrare transpositionem. Si vero pro veritate eos inveneris non fatis idoneos, coges venditores hoc ipsum profiteri ad gesta, quia periculo eorum transpositio fit fiscalium tributorum in eos qui ab ipfis emunt: hoc quod etiam in Oriente novimus in multis fieri gentibus. Sic enim neque fiscus nocebitur [41], & fiscalia tributa a possessoribus inferuntur, ut non alii quidem sint possessores, alii vero collatores. Oportet enim maxime contra possessores fieri collationes: sed non contra non detinentes neque possidentes terras.

CAP. IX.

De professionibus præsidum, ne provinciales angariis &c. vexent &c.

ILlud tamen te volumus nosse: quia si quando præceperimus ad alias forte proficifci te provincias, competens est contentum te iis quæ

---

1 Ἀξιωσεις· id est, circenses factiones: de quibus scripsi ad *l.* 1. §. 12. *ff. de off. præf. urb.* l. 28. §. 3. *ff. de pœn.* adde Cuj. 8. *obs.* 29. *l.* 3. *in fin. l.* 13. *ff. de offic. Præfid.* 2 *Nov.* 83. 3 *Nov.* 67. *c.* 1. 4 Hinc fumpta eft pars authenticæ, *Nisi breves. C. de sentent. ex pericula.* 5 Breviores lites non dicuntur, neque breviculæ, quæ vilium tantum funt perfonarum, fed quæ vilem fummam continent, in queis & rebus minimis agitur, five de iis inter nobiles, five inter pauperes agatur. Id genus litis fine fcripto decidi jubet Imperator, maxime fi inter viles perfonas agatur. 6 Εὐτελεστέρων, qua voce Ferrandus 20. *Explicationum* 39. non modo pauperes interpretari feu appellari poffe existimat, fed & homines fimplices & minime verfutos, qui in caufis & litibus non fuut exercitati. Reperio fane apud Græcos ἰσοτελεῖς, viles effe homines, ut apud Harmenop. 1. *tit.* 6. §. 35. fed & apud eundem 6. *tit.* 8. §. 107. αὐτάλης eft, non abjectus aut vilis homo (ut interpres vertit) fed cohortalis ut & 45. *Tit.* 1. 6. *Junctis* 1. 3. *Cod. de hercis. lesæ.* ut hic forte locus de cohortalibus quoque poffit intelligi, quanquam videatur, æquius ad viles & miferæ conditionis homines referri. 7 Adde *l.* 6. *ff. de accusat.* 8 Reftonfionum, contradictionum, graviamum, falvationum, & fimilium multitudine, fummatim itaque hujusmodi lites proponendæ. *Novell.* 53. *J.* 9 *l.* 21. *ff. de appellat.* 10 Agente in rebus. 11 Ὁλκαῖ, aquæductium *l.* 26. §. 3. *C. de episc. aud.* 12 Vid. *l.* 7. *ff. de off. præfid.* veluti fi judex mandat tum domum quafi in publico loco extructam demoliri. 13 *l.* 7. §. 1. *ff. de off. proconf. l. un. C. de rat. oper.* 14 Patres civitatum: qui & curatores operum, *l.* 3. *C. de his qui ponte mun.* 15 Salaria & honoraria officialium, pignori capi poffunt ob delictum, *ut hic.* adde *c.* 10. *in fin. J. h. t.* 16 *Nov.* 8. *c.* 12. *l.* 3. *in fin. ff. de offic. præfid.* 17 Confugientes ad ecclesiam præfumuti innocentes hinc Alciatus colligit 3. *Præsumpt.* 33. 18 *l.* 13. *ff. de off. præfid.* 19 *l.* 6. §. 3. 4. 5. *ff. de off. præfid.* 20 *C.* 10. *vers. sed neque. J. h. t.* 21 Διοικήσεως, adiefforem. facit *l.* 2. *& tertius titulus Cod. de adiefforibus. & ff. de off. adiefs.* 22 Facit *l.* 19. *ff. de off. præfid.* 23 *Cap.* 8. *J. h. t. Nov.* 8. *c.* 8. 24 Ut & J. καλήματος λόγων: *& Novell.* 128. *c.* 13. *& edict.* 2. *&* 13. *c.* 10. 11. Intelligit autem λόγος ἀτόλμος τὸν ἐπιορκήσοντα ἢ πίστιν. *Novell.* 5. *c.* 2. filem publicam. *Sauf-conduit* ἀτολία. *Franciscus.* vide *edictum Justiniani* 2. *J.* 25 Tempus modicum trigintæ dies. *l.* 1. §. 2. *ff. de itinere actuque*: vid. Cujac. *c.* 10. *n. de prescript.* 26 Id eft, cum in jus vocaverit. 27 Id eft, aut certe fi hoc non fecerit vel elegerit. 28 Vid. quæ fcripfi ad *l.* 3. *C. de his qui ad ecclesias.* adde *l.* 5. *Lelig. t. ex lib. 6. tit.* 3. §. 4. 29 *C.* 5. *&* 8. *J. h. t.* Imo raptoribus *cauf.* 36. *q.* 1. *can. de raptoribus.* 30 Fidem publicam & fecuritatis promiffionem. 31 Aliis qui poffint extrahi & quibus non proficiat jus afyli. adde *l.* 1. *l.* 6. §. 5. *C. de his qui ad eccles. Novell.* 37. *circa fin. &* 117. *c. ult.* Motifs legibus id etiam conftitutum fuit, ut dixi ad *d. l.* 5. vid. Petr. Greg. 33. *Syntagmat.* 21. *&* 24. 22. Hujus autem loci hæc fententia eft: Templa innocentibus & injuriam metuentibus, non autem inferentibus vel noccntibus prodeffe. 32 *l.* 2. §. 2. *ff. de SC. Velleian.* 33 *l.* 6. §. 4. *C. de his qui ad eccles. &* e contra iniquis exactoribus non prodeft jus afyli. *Nov.* 128. *c.* 13. *Edict.* 10. *c.* 1. 34 Receptator debitoris fiscalis, œconomo, fuo nomine tenetur. 35 Ἀποχαῖς, *Novell.* 128. *c.* 3. 36 Ζυγοκεφάλων eft jugatio & capitatio, vide *l.* 2. *C. ut nem. tit.* 37 Falli perfcriptoribus eadem pœna conftituta. *Nov.* 42. *c.* 1. *Prud.* 2. *tit.* 5. §. 8. *Callidis, verific. de scriba. de probib. fend. alien. per Friderican.* Apud Ægyptios *Diodor.* 2. *cap.* 3. Græce 6. Harm. 14. falfæ monetæ reis manus amputabantur. Eadem pœna probata fuit a Lothario Longobardorum rege *lib.* 1. *capitul Longobard. tit. de eo qui fals. monet.* 1. id ipfum confirmatur lege Caroli magni in capitularibus ejus, *Titulo de falsa moneta.* & legibus Wifigothorum *l.* 2. *c. Wisigothorum lib.* 8. *tit.* 5. Apud Græcos plagiariis manus amputatur. 6. Harm. 2. *l.* ἐκτύπου. Inde ἐκτύποις. *J. h. t.* 38 Τὰς καλουμένας ἐκθέσεις, id eft, exemplaria publici cenfus, Joh. *in τὸ ἐκτύπου. J. h. t.* adde Lampetidium in vita Severi, & quæ fcripfi ad *l.* 3. *in fin. ff. ad l. Cornel. de fcar.* fenfus eft: Cenfuales (qui libros cenfuales conficiunt, vel cafludium) cogi hoc cafu cenfuales libros petentibus exhibere, adde *l.* 2. *Cod. de edendo.* 39 Hinc fumpta eft Auth. *Sed & persecutum. C. sine censu.* 40 Cenfuales Græci τοῦ δημοσίου ἀπογραφῆς φύλακες nuncupant. 41 Βλάπτεται.

de

de fisco largiuntur, non gratis expendere: neque noftros fubjectos atterere, fed ex quibus in provincia confiitens expendebas, ex his ipfis & ad alias proficifcentem regiones facere expenfas: neque angariis [1] collatores affligentem, neque te, neque obediens tibi officium: fed propriis quidem fubjugalibus [2] propriaque expenfa agere iter, hoc ipfo cuftodiendo, vel fi non ultra terminos properes provinciæ: fed propter quandam occafionem neceffariam circumeas civitates.

CAP. X.

EOs autem qui vocantur loci fervatores [3], dare judices in civitatibus provinciæ cui præfident, (licet fpectabiles viri, vel clariffimi, vel præfides fint) omnibus interdicimus modis. Sed neque fi milites aliqui fequantur te, neque illos gratis [4] permittas expendere, fed ex propriis emolumentis. Si vero hoc non egerint, fed ex tributis expenderint, & angarias acceperint: omne quicquid damnificabuntur fubjecti, hoc ex [5] eorum emolumentis exigens proprio periculo læfis fervabis.

CAP. XI.

Ut præses oblatas sibi de religione jussiones contemnat.

NEque occafione [6] *Religionum Hæresiumque* quæftionis [7] permittas alicui provinciam commovere, aut aliter quandam præceptionem injungi provinciæ cui præfides: ipfe vero providebis cum competenti utilitate fifcalibus, & quæ alia funt perfcrutari: & non permittere aliquid contra noftras fieri præceptiones occafione religionum. † Si vero [8] canonicum fit quod quæritur, una cum Metropolita provinciæ hoc difponere, & decernere, five Epifcopi dubitent [9], five alii quidam, & cauſæ dare [10] Deo amabilem, & decibilem [11] terminum, qui & decenter orthodoxam cuftodiat fidem, & indemnitatem procuret fifcalibus, & noftros fubjectos fervet inviolatos.

CAP. XII.

De capitali crimine damnatis, ut bona eorum non publicentur, sed propinquis relinquantur.

OPortet [12] autem te, & in hoc omnem ponere providentiam, cum aliquis dignus apparuerit pœna illum quidem punire, res autem ejus non contingere, *sed* finere *eas* [13] *generi & legi* [14], & *secundum ordini*. Non [15] enim res funt, quæ delinquunt, fed qui res poffident, at illi reciprocant ordinem: eos quidem qui digni funt pœna, dimittunt, illorum autem auferunt res, alios pro illis punientes, quos lex forte ad illorum vocavit fucceffionem.

CAP. XIII.

De injustis patrociniis prohibendis.

PAtrocinia [16] quoque injufta, quæ cognofcimus in noftris provinciis fieri, omnibus corrige modis, non finens ulli alibrum vitas in [17] fe fufcipere, non ampliare fibi prædia nullo modo ei competentia, non in aliorum læfionem promittere patrocinium [18], non quemadmodum fraudant fifcum, fuam virtutem objicere. Neque fit tibi cura cujuslibet fint hæc agentes dominii: fufficit enim per omnia tibi ad perfectam fortitudinem & lex, & imperii favor.

CAP. XIV.

De alienis colonis, & capite censitis, ut nemo eos suscipere audeat.

SEd etiam fufcipientes [19] alienos agricolas [20] fic odio habebis, fic compelles cito reddere quod fufcipiunt male, ut fi plurimum manferint inobedientes, omne quicquid in onus provinciæ eft, illorum poffeffionibus hoc impones. Si vero in aliis provinciis agricolæ dicantur effe conftituti, literis [21] uteris publicis ad provinciarum præfides, ut in eas fugientes [22] agricolas confitentes aut convictos tradant poffeffionibus, & revocentur ad provinciam cui præfides, & inobedientes vehementer corripies minus idoneorum adjectione. Competens enim eft, talia ftudentem, hinc onus, & rerum diminutionem in fua facultate cognofcere: ut minoratus cognofcat, quantum eft lædere, & delinquere in alios. Sed hoc ipfum age five prædia poffidentes in provincia fint, five aliquorum aliis competentium gubernatores fint. Oportet etenim & poffeffores illa folum habere quæ eis dat lex, & gubernatores alienarum illis præeffe folummodo, quæ per conductionem aut alium legitimum eis funt tradita modum: extraneis [23] autem abftinere: & non providere quidem aliis, lædere vero alios & fibimet lucrum impium ex hoc acquirere.

CAP. XV.

De titulis [24] affixis alienis prædiis.

TItulos [25] autem imponere prædiis alienis, aut ergafteriis [26] in civitatibus conftitutis, & fuperfcribere fua vocabula [27] ita præfumentibus periculofum effe fcias, ut agnofcant, quia hæc agentes ipfi

---

1 Angariæ quid, alibi dixi. adde *Novell.* 128. *cap.* 22. 134. *cap.* 1. 2 Συνεζυγάλοις, jumentis. *Hal.* 3 Τοποτηρητάς. 4 Cum detrimento, fcilicet fubditorum, *cap.* 5. *hic.* 5 *Cap.* 4. *in fin. J. hic.* 6 Adde *l.* 3. *Cod. de summa. trinit.* 7 Hæreticorum quæftiones vetat ut & Edictio 2. *J. & Nov.* 103. *c.* 2. 8 Id eft, fi ad edict. dabis Deo gratum & convenientem finem. 9 Id eft, difceptationem movebunt. 10 Id 5. *cap.* 21. *l.* 4. §. 5. *ff. de offic. proconf. l.* 7. *C. de appellando.* Goth. Conciliationem hujus cap. cum *Novell.* 134. *cap. ult. & auth. bona damnatorum. Cod. de bon. proscript.* Item *auth. successus. Cod. de inoffi. testa.* vid. apud Rittershus. *part.* 4. *cap.* 2. *num.* 3. Anf. 11 *Novell.* 134. *c. ult.* olim dimidia bonorum damnati pertinebat ad fifcum, *l.* 7. *ff. de bon. damnat. l.* 10. *Cod. de bonis proscript.* Et ita quoque hodie in Gallia publicatio feu contigitur jus integrum in bonis damnati, fervatur liberis damnati. Boni principes olim Antonino: Hadrianus tantum decimas. Triumviri Reipubl. conftituendæ decimas marnum concedunt. *l.* 4. *ff. de jur. patron. l.* 3. *ff. de interdictis.* Perduellionis ex caufa limatris acceperunt, *l. quisquis.* 5. *Cod. ad leg. Juliam Majestatis*: vide Cujac. *c. observ.* 23. fed perfonæ. 16 Tacit. l. 9. 4. Goth Vid. Rittershus. *part.* 9. *cap.* 8. 17 Hic refertur 13 Καὶ τὸ ἴσον ἢ τῆ κατὰ ἐκείνου φιλοτιμία τάξει. 15 Res non delinquunt, fed perfonæ. 16 Tacit. l. 9. 4. Goth Vid. Rittershus. *part.* 9. *cap.* 8. 17 Hic refertur cimbus *C. de his, qui potentissimum nomine: ut nemo privatus: ut nemini liceat sine jud.* 18 *tit. Cod. ne liceat potentioribus patrocinium.* 19 Bona aliena, alienosve agricolas defendendos ἀλλοτρίους ὑπογραφεῖς ἢ γεωργίους αὐτοῖς ἀποιμαι, & *Novell.* 17. τὸς ὑτίρους ἔλεος ὑπογραφεῖς, id eft, aliorum vitas ac bona patrocinio fuo defendere. vide Cujac. *c. observ.* 31. 20 Γεωργούς, colonos, five capite cenfitos, adfcriptitios, Juftinianeorum. 82. 21 Γραμμασι δημοσίοις. Scrimg. adde *Novell.* 134. *cap.* 5. fimt literæ requifitoriæ, de quibus dixi ad *l.* 11. 6. 1. *ff. de re jud. l.* 7. *ff. de cufted. reor.* adde *Novell.* 90. *cap.* 5. *&* 133. *cap.* 5. 22 *l.* 12. *Cod. de agric. & censitis.* 23 Hinc ilud fapientis, alieno abftinere. 24 *Novell.* 164. *cap.* 1. 25 Σανίδας Græci, ut *hic*, διτυπώματα Characteres dixit. Novell. Tiberii *de divinis domib. cap.* 1. *l.* 1. 2. *Cod. ut nemo privatus titulos &c.* adde *Novell.* 164. *cap.* 1. vid. quæ notavi *d. l.* 22. §. 2. *ff. quod vi.* 26 Officinis. *Hal.* 27 Περιγραφάς nomen fuum *fui.* nomina *Hal.* 28 Περιουσίας: id eft, bonorum publicatione puniuntur inviti. 29 Adde *l.* 4. §. 1. *ff. de off. proconsulis.* Metropolis, provinciæ caput, *l.* 7. *ff. de off. proconf.* 30 Armis domi tenere, vel gerere, nemo privatus audet, hoc enim folis militibus conceffum. adde 2. *Feudorum* 27. §. 1.

31 Titulus aliter conceptus eft a Græcis, hac fententia, ut fi plures filii non fint, quam quatuor, legitima portio ceniearur triens: fi ultra quatuor, femis: & ut naturales liberi, nulla exiftente prole legitima, una cum matre ab inteftato fextantem accipiant, & ut collatio tum ex teftamento, quam ab inteftato competat: nifi expreffis verbis teftator id prohibeat. Et de divifione bonorum in liberos facta a parentibus & de eo, qui propriam chirographam inficiatur, & de aliis capitulis. Index Regiæ bibliothecæ apud Cujacium eft, de hereditaria portione, & de collatione dotis, & de divifionibus bonorum & de inficiatoribus, & de his qui alienas res temere deprehendunt, & de his, qui ex ancilla nascuntur. 32 *Cap.* 1. §. 4. 33 Et de dotarante certis cafibus. *cap.* 2. 34 Legitima liberorum hic extenta, num quoque extendenda ad parentes legitimos? extendenda. vide interpretes, *Nov.* 115. *cap.* 3. 35 Vid. *Cap.* 5. *J.* 36 Vid. *Cap.* 6. *J.* 37 Vid. *Cap.* 7. *J.* 38 Vid. *Cap.* 8. 9. 10. 39 Adde & quomodo ancillæ fieri poffint legitimæ uxores, *cap. ultim.* 40 Salomoni. fcil. F. P. Africæ, ut indicat *Nov.* 56. 41 Ἀγιοτε. 42 Legitimam filiorum ftatuto contra rationem juris Romani minui, jure naturali æquum & honeftum non effe, hinc conftat. De hac quæftione vide Gratium *lib. cont.* §. *legitima quæst.* 42. & Myntingerum 5. *observ.* 40.

43 Οἱ ἐχωτὸν χάριν. 44 De legitima liberis debita, dixi ad *tit. C. de inoffic. test.* 45 Ex duodecim uncis feu affe. 46 Hinc fumpta eft *Authentica, Novissima lege. Cod. de inoff. testam.* Goth. De legitima itaque quantitate exteriique jurifus, vid. Rittershus. *in exposit. Novell. part.* 6. *cap.* 4. Anf. 47 Si unus, duo, tres, quatuorve liberi, quatuor: fi plures, fex uncæ liberis, vel teftamento relinquende a parentibus, nifi liberi mafculi fint curiales: fœminæ, curialibus nuptæ, tunc enim liberis debetur nonuncium, *J. hic, Nov.* 22. *c.* 48. *Novell.* 59. *cap.* 1.

mediam eis totius subſtantiæ relinqui partem, ut ſexuncium ſit omnino quod debetur, ſingulis ex æquo [1] quadriuncium vel ſexuncium dividendo: & hoc non ſub injuſta circumſtantia rerum (forſan enim ob hoc etiam alii injuſtitiam patiuntur, & aliis quidem meliora, aliis vero deteriora percipientibus) ſed quod contigerit unumquemque per omnia æquum eſſe in qualitate & quantitate, ſive quis illud inſtitutionis modo, ſive [2] per legati, idem eſt dicere, & ſi per fideicommiſſi relinquat occaſionem: licebit enim ei reliquum octuncium forte aut ſexuncium habere: & largiri ſicut voluerit filiis ipſis, aut cuilibet extraneorum: & natura [3] primo curata competenter, ſic ad extraneas largitates accedere: hoc obſervando in omnibus perſonis, in quibus ab initio antiquæ quartæ ratio de inofficioſo lege decreta eſt.

CAP. II.

Ut legitima portio filiorum curialium ſit dodrans.

EXcipiatur [4] autem a nobis de curialibus nuper poſita lex, quæ filiis curialibus aut filiabus curialibus nubentibus noniuncium omnino dari vult, reliquo triuncio a parentibus ſecundum poteſtatem diſpenſando: omnibus aliis de inofficioſo poſitis legibus, & præcipue noſtris, in ſua virtute ſervandis, & de ingratis [5] filiis, & de naturalibus [6] præter ſolam quantitatem, quam ad præſens auximus ſecundum omnes prædictas definitiones.

CAP. III.

Si liberis ſuis pater nudam proprietatem, & uxori uſumfructum omnem reliquerit.

PRohibemus autem & illud grave exiſtens, & habens quidem aliquam legalem occaſionem, in duram tamen incidens crudelitatem & amaritudinem. Novimus enim aliqua teſtamenta ſecundum quæ morientes, non paterne nec ut viros oportebat, ſed nimis molliter atque remiſſe fecerunt inſtitutiones uxoribus, ſiquidem illis omnem reliquerunt ſuarum rerum uſumfructum, filiis autem proprietatem nudam. Quamobrem arbitror ſtudium eſſe hujusmodi teſtamentis, uxores etiam proprietatem acquirere, filiis forte fame peremptis. Unde enim, & in medio gubernentur, & quotidianum habeant cibum, nihil eis derelicto, uxoris ira, forſan & irrationabili, intercedente, quæ eis etiam quotidianam gubernationem abripiat? Non licebit igitur de cætero ulli omnino filios habenti, tale aliquid agere, *ſed modis omnibus eis hujus legitimæ partis quam nunc deputavimus, & uſumfructum* [7] *inſuper & proprietatem relinquat*, ſi vult filiorum non repente fame morientium, ſed vivere valentium vocari pater. † Et hæc omnia dicimus non in patre ſolo, ſed & in matre, & avo, & proavo, & adjunctis unicuique fœminarum perſonis, id eſt, avia & proavia, ſive paternæ, ſive maternæ ſint.

CAP. IV.

Quemadmodum liberi ab inteſtato per fœmininum ſexum deſcendentes, ſuccedere debeant.

NEque [8] illo de cætero ſervando in negotibus, & pronepotibus non ſuis, & ſub poteſtate conſtitutis, minus tertiis [9] parte eos habere, quam eorum parentibus viventibus oportebat reliquere teſtatores. Non enim excipimus ulterius nepotes, qui ex filio paternis avis acereſcunt, ut illi quidem integram accipiant partem, quantam eorum acciperet pater vivens: nopotes autem ab avo per mediam filiam venientes, aut avia paterna vel materna minus tertia accipiant: ſed unum ordinem in omnibus ponimus nepotibus, & pronepotibus, non ferentes fœminam [10] a maſculo in talibus minui. Neque [11] enim maſculus ipſe in ſe neque fœmina ſolum ad nativitatis propagationem ſufficiens eſt: ſed ſicut utrumque eorum coaptavit Deus ad generationis opus, ita etiam nos eandem utrisque ſervamus æqualitatem. §. 1. Sed nec usque in hoc ſtatuimus legem. Hæc enim dicimus, & in illis filiis qui ex nuptiis funt legitimi, licet non ſint ſecutæ nuptias dotes, ſed affectus indubitatis, & manifeſtus inter conjuges exiſtens filios præſtet eſſe legitimos. Dotem etenim celebrant [12] nuptiæ [13]: nuptias autem dotes non faciunt, ſed conjunctorum affectus. † Hoc idem obtineat, & in iis qui ex poſteriori [14] affectu cum dotibus ſecundum noſtras conſtitutiones, legitimi ſiunt: & hæc ſit ſanctio legitimæ ſoboli.

CAP. V.

De concubinis & naturalibus liberis, quomodo bi ab inteſtato ſuccedant.

COnſideremus autem aliquid ad ſolam naturam clemens. Multi namque moleſti ſunt nobis ſemper, precesque crebræ, & flentes filii. *Et ſemper equidem clemens aliquid deſtinamus*: ſed quia non hoc cum lege agimus, erubeſcimus [15]: ideoque cauſſe etiam legem adjicientes, ipſi quidem populos [16] removebimus: dabimus autem omnibus habere ex lege remedium. † Quia enim *teſtari naturalium filiorum patribus etiam ipſis dedimus, legitima quidem exiſtente prole, usque* [17] *ad unam ſolam unciam quam habebunt una cum matre*: (hoc quod etiam prius fuit) *filiis autem non exiſtentibus legitimis, usque* [18] *ad medietatem totius ſubſtantiæ*: hoc dicunt a nobis poſitæ leges, non in teſtamentis ſolum patribus concedentes hoc agere, ſed etiam aliis munificentiis, quas & ſuperſtites donant, præſens autem lex de iis quæ ab inteſtato funt, loquitur, & novi aliquid introducit. † Nunc enim ſi *quis moriens legitima ſibi penitus ſobole non exiſtente* (filiorum dicimus aut nepotum, aut cæteræ ſucceſſionis) *neque* [19] *uxore legitima, proinde moriatur, non diſpoſita ſubſtantia, & veniat cognatio forſan, aut certe manumiſſor bonorum poſſeſſionem nanciſcens, & inſurgens, aut etiam noſtrum erarium*: (nec enim illi quantum ad hoc parcimus) *ſit autem ei domi donec vivit, libera mulier in habitu concubinæ cum eo degens, & filii ex ea* (talibus enim ſolis hæc ſancimus, ubi omnino inſtitutæ funt five concubinæ in domo habitæ, five naturalium ibidem proles) *& nutrimentum damus eis, & inteſtato* [20] *parentibus morientibus dicat* [21] *habere uncias paternæ ſubſtantiæ, cum matre partiendas, quanticumque fuerint filii, ita ut proportione unius filii, & mater accipiat.* Et hæc dicimus ſi uni concubinæ cohabitaverit, & filios ex ea habuerit, aut præcedente concubinæ morte forſan aut diviſione, filii domi ſint: tunc enim damus eis ab inteſtato duarum unciarum ſucceſſionem. † *Si autem conſuſa concupiſcentia ita fiat, ut alias ſuperinducat priori concubinas, & multitudinem habeat concubinarum fornicantium* (ſic enim dicere melius eſt) *& ex eis filios faciens moriatur, nullas ſimul relinquens concubinas, odibilis* [22] *autem nobis eſt iſte, qui talis eſt: procul autem omnibus modis ab hac lege expellatur.* Sicut enim quis legitimæ uxori conjunctus alias [23] ſuperinducere, non poterit matrimonio conſiſtente, & ex eis legitime [24] filios procreare; ſic neque poſt cognitam (quemadmodum diximus) concubinam & ex illa filios dabimus, ſi aliud opus libidinis egerit, etiam hoc ad ſucceſſionem ejus introduci, ſi mortuus fuerit inteſtatus. Nam ſi hoc non conſtituimus, indiſcretæ erunt mulieres, quam magis, aut quam minus amaverint: indiſcreti etiam filii: & nos non præbemus luxuriantibus, ſed caſte viventibus legem. † Non autem diſtinguimus [25] de filiis ſive maſculi ſive fœminæ ſint. Sicut enim natura nihil circa hoc arte ratiocinatur: ita nec nos alteram in maſculis, & alteram in fœminis ſecundum hoc ponimus legem. † Valebit itaque hæc lex nobis in futuris, & maxime omnium hæc: quoniam earum quæ dudum non recte tenebant plurima & emendavit, & explanavit: & quod præteriit [26], non poteſt ab ea quæ nondum erat, regulæ ſubjici. Hæc a nobis de prædictis ſucceſſionibus ſunt ſancita.

CAP. VI.

De collationibus [27] dotis, vel donationis propter nuptias.

ILlud [28] quoque bene ſe habere credimus hac lege complecti: prioribus enim legibus volentibus, *in collationibus ſi quidem ſine teſtamento morerentur parentes, collationes ſecundum earum virtutem fieri: ſi vero teſtati nihil* [29] *dicentes de eis, locum non fieri collationibus, ſed res habere per dotem forte aut alio* [30] *modo datas: & quæ ſunt relicta defendere*: Nos ſancimus, *non eſſe omnino talem opinionem: ſed five quispiam inteſtatus moriatur* [31], *ſive teſtatus*, quoniam incertum eſt ne forſan oblitus datorum, aut præ tumultu mortis anguſtiatus, hujus non eſt memoratus, (*omnino* [32] *eſſe collationes, & exinde æqualitatem, ſecundum quod olim diſpoſitum eſt, niſi expreſſim* [33] *ab*, (niſi id fit fideicommiſſum relictum a pupillo) ut ex communi opinione refert Graff. *lib. ſent. 8. ſeptima.* §. 38. *num.* 6. ut ita ſubſtitutio pupillaris non ceſſetur oneris locu. *ibid. num.* 7. ſed nec vulgaris, ut idem communem ſententiam ſcautus refert. *ibi. num.* 9. quod tamen probandum non videtur. Aſſentior itaque magis Butrigario, Socino, Comitio, communem quoque opinionem filii adierentibus, legitimam ſubſtitutione gravari non poſſe, quantumvis piam ad cauſam inſtituto. *Idem* n. 20. quantumvis gravrami, vel *fol.* 366. quantumvis legitima ſtatuto aucta ſit. Graff *ib. num.* 330. Non poteſt etiam pares ſcilo legitimam compendiandi debiti loco reliquere. Graff. *ib. n.* 22. Sit hoc intellecto, ſi parens legitimum liberorum minuere non poteſt, multo minus eam tollere poteſt. 8 Hinc ſimpra eſt *Authent. Quæ certe*, C. *de collationibus.* 9 Ut olim, & ita abrogatur l. 9. *Cod. de ſuis: l. a. Cod. Theod. de legitimis heredibus.* §. 15. *Inſtit. C. de ſuis & legit. lib.* 8. 15. *Inſt. de hered. ab inteſtat.* 11 Hæc ratione poſſumus conſuetudines & ſtatuta refellere, quibus fœmine a feudis, ducatibus & regnis arcentur. 12 Id eſt, fiuntur ut dos detur. 13 Non dos, ſed affectus nuptias facit. vid. quæ notavi ad *l.* 30. *ff. de regul. jur.* 14 *Novell.* 89. *cap. ult.* §. *ult. Inſtit. de inoff. num.* 33. Rolandus 1. *conſ.* 45. *num.* 28. qua ſententia dici non poteſt, quantum cretuentur eorum ſententiæ, qui unis tantum minuntur interpretibus. Communis opinioni in re dubia vix auſim quidquam derogare, præſertim ſi legis ſcriptæ duritiem corrigat, aut ejus defectum ſupplet. Gloſſe aliſoqui nihil allegranti non credendum. Bald. *in l. reſpublica 4. Cod. quib. ex cauſ. majores.* 16 Id eſt, interpellantium turbas. 17 Concubinæ ſuæ, ejusque liberis, quatenus quisque donare teſtamento poſſit. 18 Hodie aſſem. *Novell.* 89. *cap.* 12. §. 1. 2. 3. 19 *d. cap.* 12. §. 4. 20 Conberis ac uxore ſalutd eſt, ſi plures reliquerit, & ex eis liberos] concubinæ ſuisque liberis ex ea ſuſceptis duas uncias ab inteſtato defert. 22 Unicam tantum concubinam Romanis habere licuit, adde *ff. hic.* 23 Vid. quæ dixi ad *l.* 7. *in fin. Cod. de Judæis.* 24 Mortuo, conſtante matrimonio, ſi quos ex alis mulieribus ſuſceperit, legitimos non habet. 25 Quod ad jus ducedendi attinet, nulla differentia ſit inter maſculos & fœminas. 26 Vid. l. 7. *C. de legib.* 27 *Novell.* 97. *cap.* 6. non ſtebat ex teſtamento, niſi parens ſubſtituerit. *Ant. Ex teſtamento*, *Cod. de collationib.* 29 Collatio olim *Theod. de injur. tut. judic.* 16 Meus penæ deterreatur multi a delicto: Oderunt peccatores mali formidine pœnæ, Horat. l. 1. *Epiſt.* 16. 17 Penitenti præitur, ut hic & in *Cod. de appellat.* vid. *tamen l.* 65. *in fin. ff. de furtis*: adde *l. ultim. Cod. de pius. petit.* 18 *d. l.* 15. *Cod. de judiciis.* 19 Id eſt, exceptione ſolute pecuniæ. Semius eſt, Inſtitorem pluribus defenſionibus uti non poſſe contra regulam juris, nec poteſt ſtipulari ſpecies ulla commodior legi 43. *ff. de regul. jur.* 20 Δικὲ κατὰ μέρος, per tutores vel procuratores, *Julian.* 21 Ὅτι κατὰ τὸν &c. id eſt, utpote ad eas per-

1 Jure Romano liberi ſuccedunt in legitimam æquis partibus, ut hinc conſtet, apud Romanos nullum fuiſſe primogenituræ prærogativam in jure ſuccedendi: vid. *l.* 11. *C. familiæ erciſcundæ.* 2 Hodie legitima liberis, *ut hic*, & alcendentibus, vide Wurmier. *in prakt.* 29. *objerv.* 9. reliquendæ eſt inſtitutionis jure *Novell.* 115. *cap.* 3. (id enim honorabilius eſt, quam jure legati vel fideicommiſſi) etiamſi legitima filiorum aucta ſit per ſtatutum aliquod. Gruſius *ex communi opinione contra* Balld. *ibi. ſent. in §. teſtamentis, quæſt.* 35. *num.* 7. *& quæſt.* 40. nec ſufficit reliqui per fideicommiſſum univerſale, *d. quæſt.* 35. *num.* 13. Fallit tamen ſuperior regula: ſi pater liberis legitimam titulo legati reliquit, & adjecit clauſulam, ut teſtamentum valeret meliore modo quo poteſt. Idem *ibid. num.* 8. id eſt, ſi parens codicillos facere voluit, non teſtari: fallit, ſi pater in teſtamento diviſit bona ſua inter liberos, nec de alia heredis inſtitutione apparet. *Ibid. num.* 8. id eſt, fallit hoc regula, ſi pater teſtetur inter liberos. Fallit etiam, ſi legitima liberis relicta fit jure ſubſtitutionis: quamvis eo caſu liberi primi gradus poſſint nullum dicere teſtamentum, & nihilominus capere ex ſubſtitutione. *Ibid. num.* 10. 11. Fallit rurſus, ſi certa pars eis ſit relicta legitimæ aut Falcidiæ loco, aut pro ſua parte, aut pro dote: nec adjectum ſit, quo titulo. Nam in dubio præſumitur, relictam titulo inſtitutionis, *ibid. num.* 15. 16. 18. Idem dicendum, ſi peculia ſint eis relicta, *num.* 17. aut quodam ſumma, eo adjecto, ut teſtamenti interpretatio ad virum bonum aut prudentem referatur. *num.* 19. Quid ſi titulo inſtitutionis minor quam legitima portio ſit derelicta? agent liberi ad ſupplementum. *ibid. num.* 21. Hæc ſi deficerint, poſſunt liberi teſtamentum nullum dicere, & bonorum poſſeſſionem contra tabulas petere, periade ac ſi omnino eſſent præteriti, Wurmſer. *dicto loco.* 3 Naturales liberi hic opponuntur extraneis. *Goth.* Vid. hic Cujac. & quæ notavi *cenſur. forenſ. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 12. S. L.

4 Vid. *Novell.* 38. 5 De quibus vid. *Novell.* 115. *cap.* 3. 6 De quibus *cap.* 5. 7 *hic.* 7 Legitimam liberorum parens uſufructu onerare non poteſt. Nemo exantibus liberis hodie tollim diverſum fuit, *l.* 27. *ff. de uſufructu legat. l.* 18. *C. de exheſtat.* (aut:) quanquam omnium bonorum uſufructu etiam poteſt instituere. Quid ſi fuerit inſtitus? liberi legitimam ex eius uſufructu ſecludunt, *ut hic.* Cur? para debet eſſe legitima etiam ab uſufructu, cum legitima pleno jure, & proprietate, & uſufructu, debeatur. Aliud dicendum, ſi inſtitutus fuerit, ut fruereur mater una cum filiis. ut Glo. *in erat. pro Cassina.* & *l.* 8. *ff. de uſufr. adcreſc.* Non idem eſt in perſona extraneorum heredum, quorum Falcidia gravari poteſt, *l.* 5. *l.* 20. *l.* 49. *ff. de uſufructu. & quemadmodum.* Ex ſuperioribus conſtat, legitimam (ſic aliud in eo, quod intra legitimam, Graff. *l.* 5. *ſent.* 8. *legitima.* § 38. *n.* 23. Die etiam idem in dote non excedente ſummam legitimam, ſive ea ſit numerata, ſive relicta teſtamento, Graff. *ibi q.* 41.) liberorum, parentum, fratrum, Graff. *ex communi opinione ibid.* § 39. in uſufructu gravari non poſſe. Eadem gravari non poteſt mora, *l.* 30. *Cod. de inoff. teſtam.* diſtinua *l.* 32. *d. tit.* tempore, *l.* 36. *d. tit.* conditione, *l.* 32. (niſi bona mente contigerit apponatur. *l.* 26. *C. de inoff. teſtam.* vid. Graff. *lib. ſent.* 8. *legitima* 9. 38. *num.* 15. 16. 17. 18.) quamvis caſuali, mixta, potellativa, aut voluntaria, Graff. *ibid. num.* 10. ad 13. Non poteſt etiam legitima gravari fideicommiſſo vel ſubſtitutione, *d. l.* 32. *& l.* 12.

deſignaverit ipſe ſe velle non fieri collationem, ſed habere eum qui cogitur ex lege conferre, & quod jam datum eſt, & ex jure teſtamenti: omnibus quæ prius de collationibus a nobis ſancita ſunt in ſua virtute manentibus.

CAP. VII.

Si res ſuas pater inter liberos diſtribuere voluerit.

ET quod ſæpe nobis judicantibus placuit, neceſſarium credimus nunc partem fieri præſentis legis. Frequenter enim quidam plurimorum filiorum conſtituti patres, deinde putantes mox ſubſtantiam divídere, ut a fraterno certamine eos præſervent: ad majores [1] adhuc & ſeviores eos contentiones adducunt. Cum enim oporteret, ſi hoc vellent, aut aperte omnia dividere in teſtamentis ſuis, aut ſi non hoc vellent, partes [2] facere, & eas ſubſcribere, & ſic indubitatam dare filiis diviſionem: at illi non hoc faciunt, ſed partem quidem aliquam per ſe ipſi ſcribunt, & neque hanc continue, ſed forte interſcriptam alterius cujuspiam literis, & in deſcriptione abjecta, & nulla cuſtodia digna poſitam: reſidua vero pars nequaquam illorum eſt manus, ſed ſubſcriptoris cujuspiam forte corrupti, aut cujuscunque: & hinc illis litium occaſiones decies millies, utrum hæc voluntate geſta ſint patris, an alicujus artificis operarii certaminis & contentionis, & ad favorem partis alicujus ſcribentis. † Hæc nos moleſtare de cætero noſtros ſubjectos nolentes ſancimus: *Si* [3] *quis voluerit* [4] *ſuas res filiis aut dividere aut omnes, aut etiam aliquas forte relinquere præcipuas: bas maxime quidem, ſi poſſibile eſt, dicat in teſtamento, & indubitatam det filiis hinc attributam. Si autem hoc non agat, propter aliquas neceſſitates, quæ plurimæ circumaſſiſtunt hominibus, licet tamen deſcriptiones facere rerum quas partiri voluerit: & ſubſcribere* [5] *omnibus aut ipſum aut filios univerſos ſubſcribere præparare, inter quos res dividet, & ex hoc cauſſæ dare indubitatam fidem & quod ſecundum hanc ſit ſpectus, vatum ſit atque firmum, aliaque cautela non indigeni. Si vero aliquis hoc non egerit, ſed diſperſam* [6] *(ſic ut plerumque) ſine teſtimonio ſubſcriptionem fecerit: ſciat nihil* [7] *hinc filiis ſeſe præbiturum utilitatis: ſed quaſi nihil ſit factum, divident ſubſtantiam filii, incertas & plerumque ſine teſtimonio conſcriptiones non ſequentes: neque judicibus cauſæ* (quos judices familiæ erciſcundæ leges appellant) *has ſequi cogendis.* Oportet enim providere ſubtiliter cautelæ filiorum, & non aliud quidem minuere, aliud ſub errore reliquere, quod difficilium inſuper & inſolubilium, crebro etiam crimina ferentium cauſarum occaſionem præſtat. De ſucceſſionibus itaque & collationibus & aliis quæ prædicta ſunt, usque in hoc ſancitum ſit.

CAP. VIII.

Si quis prolatam manum ſuam negaverit [8].

STudium vero malevolentiæ quod ſit ab aliquibus, neceſſariam nobis fecit *plebis* denuo *legislationem* approbare: quam per quendam ſuorum protulit tribunorum [9], & quæ *Aquilia* nuncupationem ab illo ſuſcepit: ſecundum quam *pro abnegatione dupliciſbus* [10] *ſubdebat exactionibus malevolentes, & abnegare tentantes*, ubi etiam aliæ quædam actiones ad eundem cooptatæ funt ordinem, ſed paulatim mutata clementia, ablata eſt, quæ confuevit iniquorum enutrire malevolentiam. Quamobrem etiam nobis neceſſarium viſum eſt indecentes & turpes [11] abnegationes prædictæ pœnæ ſubjicere: *Si* [12] *enim protulerit aliquis ſcripturam, alter autem eam negaverit, cum hæc literas ejus habeat, ita ut neceſſitatem* [13] *patiatur actor cauſas pati circa probationem ejus, aut literas quidem ſuſcipiat* [14], dicat autem, *Non ſolutum debitum ſibi, & probaverit hoc legitimis modis actor: condemnationem* [15] *adverſus eum duplicem in utroque caſu fieri jancimus*: non quia amarioribus legibus delectamur, ſed quia lites eorum minores efficimus: quatenus timore [16] pœnæ citius dicant quod confiteri competit. In talibus itaque omnibus modis condemnationem hoc fieri volumus modo: & ſi præter hæc egerit judicem ſcire, quia tranſcendens legem ipſe tenebitur his pœnis. † Hæc autem dicimus nisi probationibus actor abrenuncians, ſacramento rei usque nunc abnegationem factam ſolvi voluerit. Si enim tale aliquid egerit: ſi quidem mox ab initio poſt abnegationem intulerit jusjurandum, & ille continuo [17] confeſſus fuerit quod in negationem deductum erit: ſine periculo erit quantum ad duplum. † Si vero longiori facta lite, tunc actor inferat ſacramentum, at ille etiam ſic quod *inſertur*, profiteatur, de dupli quidem eum eximimus pœna: omnes vero expenſas [18] quæ usque tunc factæ ſunt propter probationes, actori jurejurando ejus definitas, exolvere eum qui ab initio quidem negavit, poſtea vero confeſſus eſt, jubemus. † Si quis autem adnumerationem in ſe factam pecuniarum negans, poſtea utatur ſolutionibus [19] a ſe factis: tali homini nullam utilitatem horum quæ vere ſoluta ſunt, eſſe ſancimus, ſed totum eum debitum exigi præcipimus, & hanc ſolam ſuſtinere negationis pœnam: hoc quod etiam quidem ante nos imperator conſtituit: nullis judicantium neque in hoc flectendo, ſed integritatem legis cuſtodiente.

† Si autem etiam reus proferat literas actoris, deinde ille eas neget, at ille probet eas, non ſolum illud reputetur de quo negatio fuit, ſed etiam tantum aliud adjiciatur. Hic quoque de jurisjurandi datione ſimiliter etiam in actore introducatur ratio.

CAP. IX.

De tutore, vel curatore inficiatore.

SI vero lis agatur per curatores [20] nimirum [21] pertinens ad perſonas quæ curatoribus indigent, hujusmodi negationis pœnam (quando [22] in ipſorum curatorum fuerit literis) non adverſus eos [23] quorum ſunt curatores, ſed adverſus eos [24] ferri, qui turpem & indecentem hanc negationem fecerint. Si vero aliud [25] condemnationis augmentum aut in duplum, aut in triplum, aut in quadruplum ab antiquis legibus, aut principum introductum eſt conſtitutionibus: maneat quidem illud ſecundum propriam formam, ſicut nos illud in noſtris Inſtitutis & Digeſtis & Conſtitutionum libro ſancimus: hoc autem nunc augmentum priorum ſit.

CAP. X.

De improbis poſſeſſorum exceptionibus [26].

ILlud [27] quoque in judiciis arbitramur oportere melius quam omnes ante nos determinare, & conſtituere. Si quis enim conventus fuerit res habere alterius: ille vero dicat *res non eſſe illius de quo dicit actor*, & cogatur qui actionem infert, aut documentis, aut teſtibus, aut aliis uti laboribus, ut oſtendat *res illius eſſe*: poſtea vero is qui ſemper abnegaverat *illius hoc non fuiſſe*, uti voluerit illius jure, & dicere quia ex hypotheca aut aliis cauſis in illam perſonam relatis propinquior eſt, quam ille qui cauſam movet: aliæ quidem ſententiæ vacent, quæ prioribus noſtris placuerunt: mediocris autem quædam, & clemens, & ipſi cauſæ conveniens pœna abnegantibus inferatur: pro abnegatione namque circa hoc, & actoris laboribus dum adhuc cauſa dicitur, ad [28] actorem transferatur [29] rerum, de quibus eſt quæſtio facta, poſſeſſio: licentiam habente eo qui hanc reddet, ſi quæ jura habeat ex illa perſona, de qua prius negationem paſſus eſt, competentia ſibi hæc proponere, & legum juſtitiam promereri, pœna in ſola translatione poſſeſſionis conſtituta. † Hæc a nobis pro ſucceſſionibus, & collationibus, & diſtributionibus, & litigantium cautela, & ut multitudo litium minuatur, & inventa ſunt, & ſancita: & de cætero tenebunt: quatenus & ſucceſſiones agnoſcant, & collationes non ignorent: ſed circa diſtributiones non reſultent: & neque petulantes ſuarum literarum abnegationibus inſiliant malignari, neque annumerationes abnegent, neque poſtea forſan ſolutionibus utantur, neque res ex quibus detinent, abnegent perſonis, ſed mediocres, & mites ex cauſis oſtenſi, mediocri etiam potiantur judicio.

CAP. XI.

Quomodo concubina ſervilii conditionis conſtitutæ legitimæ uxores fiant.

QUod autem ab aliquibus maligne dubitatur, in quibusdam noſtris conſtitutionibus, & in judiciis quidem plurimis motum eſt: cum ſit juſtum ulterius non quæri, præſenti conjungimus legi. Conſtituentibus enim nobis, ut ſi quis reſpexerit aliquam mulierem clemens, & hanc fortitatur absque dotalibus documentis, deinde faciat filios: poſtea vero maritalem ad eam receperit affectum, & ſcripſerit hujusmodi inſtrumenta, & fecerit filios: non ſolum eos qui poſt hoc nati fuerint filii, ſed etiam priores eſſe legitimos, & propter circumvenientium, & maligne interpretantium calliditatem: etiam jam aliam ſcribentibus conſtitutionem: quia hæc volumus tenere, licet ſecundi non ſint nati poſt dotem filii, aut exiſtentes moriantur: adinvenerunt quidam etiam aliam dubitationem, non recipientes hæc tenere in iis qui libertabus copulantur: cum utique recte conjicientibus noſtram intentionem etiam hoc fuerit jam ſancitum. Si enim ad libertam non omnino nuptiæ prohibentur: carum fuit quia etiam in illis hæc tenere volumus. Sed quoniam utique hoc dubitatum eſt: ſancimus, *Si quis uxorem non habens legitimam, aut filios legitimos, ad ancillam propriam habuerit quandam meliorem ſententiam, & filios protulerit ex ea in ſervitute conſtitutæ: poſtea vero libertate bonaverit, & ancillam & natos, & jus* [30] *eis aureorum preterit annulorum, & regenerationis* [31], *& inter ingenuos* [32] *ſecundum juſtos redxerit modos, & nuptias conſummaverit, poſtea vero nuptias conſcripſerit documentis, & aut fuerint filii poſtea, aut non fuerint*, (ut utriusque noſtræ conſtitutionis amplectamur caſus) *ſit & uxor legitima, & filii ſub poteſtate ipſius, & jus, & ab inteſtato heredes genitori*: (dicimus autem eos qui ante nuptias nati funt) *hi vitis per quas ad ingenuitatem, ſecundum quod prædictum eſt, venerunt, & celebratione poſtea dotalium, jus legitimorum eis præbentibus.*

EPILOGUS.

† Tua igitur excellentia, quæ bene nobis & ſancte viſa funt, & pro noſtrorum quiete adinventa, omnibus gentibus, quibus præes, per præcepta propria faciat manifeſta: ut agnoſcant quia nulla maxima cura per quam ſemper aliquid adjicit Deus noſtris ſceptris, extra nos conſtitit pro eorum ſolicitudine & providentia. Dat. Kal. Maji, *Conſtantinop.* poſt conſulatum BELISARII V. C. CONS. 537.

ſones pertinens, quæ curatoribus indigent. 22 Ὅτως ἐν' οἰκείοις αὐτῶν τοῖς κεφαλαίοις γέγραπται, cum de propriis curatores literis inſtituti fuerint. Hal. Agyleus. 23 Eos, qui ſunt in poteſtate curatorum. 24 Id eſt, curatores. 25 Hæc conſtitutio nullam facit innovationem in legibus, quæ duplum vel quadruplum in quibusdam caſibus exigi præcipiunt. *Jul.* 26 Adverſus dominos vindicantes res ſuas ſi poſſeſſor conterntus vel vindicatione negavit *rem eſſe actoris*, poſtea convictus aliter dixerit, eſſeque transferenda poſſeſſio in actorem, deinde agendum hypothecaria aut vectigali, aut ſuperficiaria actione. Et ſic pœnæ cauſa transferur poſſeſſio, ut in ſpecie *l.* 5. *§. 1. ff. ad legat. num. l.* 6. *in fin. ff. de Carbon. edict. l.* 11. *in fin. C. de collationib.* 29 Pœna inflictantis ſcripturam eſt hæc, ne pluribus defenſionibus utatur, *c. §. in fin. ſuper. hic.* eſt & tertia dupli, *d. c. §. in princ.* fuit & quarta apud veteres, de duplis fructibus ex 12. tabulis: quam tacite juſtinianeus tollit, dum ſuperiorem pœnam actionis in rem exſtimat ſufficere. vid. Cujac. *hic.* 30 Hodie non eſt neceſſe jus aureorum annulorum petere, cum manumiſſio matris ſola & contractus dotis cum ea habitus, filios naturales ingenuos & ſuos facit. 31 Παλιγγενεσίαν, id eſt, natalium reſtitutionis. *Novell.* 78. *cap.* 1. Manumiſſio, libertinum: natalium reſtitutio, ingenuum: jus aureorum annulorum, hodie uxore & liberis. Nem ſoli ingenui, jura ſuorum heredum agnatorum, & cognatorum habent. Libertini vero cognationem non habent. vid. Guj. *ad Nov.* 14.